# M. TULLII CICERONIS

## 1 DE

# OFFICIIS

## AD MARCUM FILIUM

## LIBER I.

### CAP. I.

### ARGUMENTUM.

*In primo hocce libro occurit Præfatio & Tractatio ipsa. Præfatio tribus constat partibus, quarum prima in hoc capite extat, & in se continet adhortationem, ut Filius, exemplo Patris, Philosophiam cum eloquentia, & Latinam eloquentiam cum Græca conjungat: deinde ut & suo in audiendis Philosophis aliquid tribuat ingenio: denique ut tam philosophica, quam oratoria Patris scripta studiose perlegat.*

QUAMQUAM 2 te, Marce fili, 3 annum jam 4 audientem 5 Cratippum, idque 6 At-



1 *Officiorum* alii. Sed hanc *de Officiis* inscriptionem Cicero ipse Attico scribens probavit & constituit, quare mutari non debet. *Officium* est id, quod quemque facere decet. καθῆκον vocant, & de eo plerique Stoici libros scripserunt. 2 Paucis verbis egregium artificium in cohortando ad philosophiam filio licet animadvertere, a Doctore Cratippo, locoque celeberrimo, & annuo spatio petitum. 3 Annum tempus conficiebatur post Kal Apr. ut patet ex lib. XV. epist. ad Atticum; statim enim, interfecto Cæsare, filium Athenas miserat. 4 Audire magis est, quam privatim studere. 5 Cratippus Peripatetica scientia inclaruit.

Mul-